

**DECRETS ET SOLUTIONS**

Sacrée Congrégation du Saint Office

**“ L'Âme très Sainte de Notre-Seigneur ”**

**D**E latis ad Supremam Congregationem S. Officii supplicibus litteris, una cum nonnullis precandi formulis, pro adprobatione devotionis erga SSmaam Animam D. N. J. C., Emi DD. Cardinales Inquisitores Generales decreverunt : « Publicentur decreta condemnatoria de qua sermo. »

Haec decreta sunt sequentia :

1) Cum a S. Rtuum Congregatione nonnulla ad S. Officium remissa fuissent circa devotionem erga SSmaam Animam D. N. J. C. fer. IV die 10 Martii 1875 decretum fuit : « Providendum ne in publico Ecclesiae cultu, praetextu devotionis erga SSmaam Animam Christi, improbandae novitates in imaginibus et precationum formulis aliisque rebus sacris irrepant, aut, inconsulta S. Sede, quidquam novi inducatur, maxime si deriventur ex revelationibus aut visionibus nec examinatis nec adprobatis. In scriptis vero ad S. Rituum Congregationem missis nonnulla repiriri minime probanda, sine quorum emendatione permittendum non esset ut illa in vulgus edantur. »

Anno 1893, exhibitis precibus pro fundatione Instituti pro adoratione Animaee SSmae D. N. J. C. fer IV die 10 maii ejusdem anni, iidem Emi Patres decretum tulere :